Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0002-3

1766,24
No: 53.

SPECIMEN

CONTINENS

# CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

AN

# TESTAMENTVM CONIVGVM RECIPROCVM SVPERSTITI ADIMAT LIBERAM TESTANDI FACVLTATEM

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE X. SEPTEMBR. ANNO CIↃIↃCCLXVI.

DEFENDET

CHRISTIANVS AVGVSTVS GOTTHELFF ROITZSCH

HAYN. MISNIC.

LIPSIAE

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0004-4

PERILLVSTRI

ET

GENEROSISSIMO DOMINO

# DOMINO

# ANTONIO DE LEVBNITZ

DOMINO HEREDITARIO

IN MVNCHENBERNSDORF

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI

MINISTRO A CVBICVLO

CAET. CAET.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0005-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0006-5

PERILLVSTRIS

AC GENEROSISSIME DOMINE

DOMINE GRATIOSISSIME

*Singularis TVA DOMINE PERILLVSTRIS gratia eſt, cui, vt commendatus eſſe poſſem, omni animi deuotione opto. At ea ipſa ſumma gratia excitauit me, vt arrepta occaſione, TIBI non tantum me, verum omnia mea ſtudia meamque felicitatem omnem ſumma animi ſubmiſſione commendem. Signum vero deuotae pietatis primitias et ſtudiorum et diligentiae Academicae offerro, non quo TVAM mihi conciliarem gratiam, vix enim Tanto Nomine dignus eſt labor,*

*ſed*

*ſed vt meam ſummam obſeruantiam et mentis ſubmiſſionem publice declararem. Accipe ergo DOMINE GRATIOSISSIME leuiſſimum quidem munuſculum, ex voluntate magis quam ex magnitudine metiendum. Me vero, qui omnem dabo operam, ne plane indignus videar TVAE GRATIAE commendatum vt habeas ſtudioſiſſime rogo. Sum*

NOMINIS TVI PERILLVSTRIS
AC GENEROSISSIMI

Lipſiae
d. X. Septembr.
CIↃIↃCCLXVI.

DEVOTISSIMVS
CHRISTIANVS AVGVSTVS GOTTHELF ROITSZCH.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0008-6

AN

# TESTAMENTVM CONIVGVM RECIPROCVM SVPERSTITI ADIMAT LIBERAM TESTANDI FACVLTATEM.

## §. I.

Quam dedere liberam *legandi*, ſeu legem familiae ferendi poteſtatem *Decemuiri*, cauſam forſitan coniuges cepere, inuicem teſtamenta faciendi ſeque inuicem heredes ſcribendi. Videntur *reciproca* coniugum *teſtamenta*, quae bina diuerſa ſunt teſtamenta binaeque hereditates magis fori vſu recepta comprobataque, quam ipſis legibus. Non qui-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0009-6

dem affirmabo, reciprocas illas teſtationes a ſolis coniugibus fieri debere, nihil enim obſtat, quominus et amici duo inter ſe reciproca teſtamenta condant, quippe cuiuis in illis condendis liberum erit, an teſtamentum facere, et quem heredem ſcribere velit; At id concedo, vſu fori coniugum reciproca teſtamenta diuerſa videri ab iis, quae ab aliis perficiuntur, cuius dein cauſam dabimus.

§. II.

Reciproca vero teſtamenta ea quoque dicuntur, cum teſtatorem vnum alter teſtator, et vice verſa in ſuo inſtituat heredem teſtamento. Fac Titium amicumque eius Caium vtrosque teſtari. Titius in ſuis teſtamenti tabulis Caium, hic vero in ſuis Titium heredem ſcribit. Haec reciproca teſtamenta duobus diuerſis teſtamenti tabulis continentur, ſic duo ſeparata teſtamenta continent, et ſic in ſingulis teſtamenti tabulis perfectae ſolennitates ſeparatim conſiderantur. Hinc ſi in Caii teſtamento ſolennitas quaedam deficiat externa, Caii quidem teſtamentum iniuſtum fit, non vero obinde Titii vltima voluntas, quae nihilominus ſubſiſtere poteſt, dummodo in eo ſolennitates omnes ſint obſeruatae.

§. III.

At magis eſt, vt quaeramus, an haec, quae deſcripſimus teſtamenta reciproca valida eſſe poſſint, cum videantur in ſe continere *captatorias inſtitutiones*, quas Senatus improbauerat teſtibus PAPINIANO in *L. 70. π. de hered. inſtituend.* et PAVLO in *L. 71. π. eod.* Aetatem et nomen huius SCti non liquere arbitratur *Corn. v.* BYNKERSHOEK in Diatr. *de Captatoriis inſtitutionibus cap. I.* Contra BACHIVS in *Hiſtor. Iur. L. III. Cap. I. Sect. III. §. 44.* putat primo Seculo ab Auguſto computato factum fuiſſe addita ratione in *n. t. ſub eod. §. quod heredipedarum natio frequentiſſima eſſet iisdem temporibus:* an ſubſequenti ſeculo eorum minor numerus fuerit, equidem non aſſererem, maxime cum primam illius SCti mentionem faciat *Papinianus*, vt aeque probabile ſit, vel ſub *Pio*, vel ſub *Marco* factum fuiſſe. Itane ergo videantur reciproci heredes eiusmodi inſtitutiones feciſſe, quibus alter alterius teſtandi libertatem reſtringat, ſibi dein hereditatem tanquam heredipeda acquirat? Sed caue ita ſentias. Cum enim neuter ea intentione teſtamentum condat, vt alterius teſtantis hereditatem acquirat, ſed potius, vt ſuam alteri hereditatem tanquam amico deſtinet, nunquam ex rationibus inſtitutionum captatoriarum eiusmodi reciproca teſtamenta prohibita videri poſſunt.

## §. IV.

Vti vero nobis nihil negotii eſt cum his teſtamentis reciprocis, de iis tantum videamus, *quae inter coniuges fiunt*, et quid iuris ſit. Non nego, et maritum poſſe condere teſtamentum, in quo coniugem heredem ſcribat, hanc vero in alio teſtamento maritum heredem ſibi inſtituere poſſe, et parum intererit, an eodem die et tempore, an vero diuerſis faciant temporibus vtrique ſua teſtamenta. Si hanc ſeruent formam teſtandi, cum ſunt teſtamenta ſeparata, non erit dubium, vtrisque ſaluam non tantum manere libertatem reuocandi ſuam vltimam voluntatem, nouumque teſtamentum condendi, verum ſuperſtiti parti ſemper liberum erit, de ſuis bonis teſtandi, ſicque etiam conficiendi pacta dotalia, ſi forſitan ſuperſtes coniux ad ſecunda vota adſpiret. At quid, ſi Titius in teſtamento ſuo ita ſcripſiſſet: Meine liebe Frau Caia ſoll meine Vniuerſal-Erbin ſeyn, doch ſoll ſie nach ihrem Tode meine ihr zugefallene Erbſchaft den Titio überlaſſen, vel: was von meiner Erbſchaft übrig ſeyn wird, den Titio überlaſſen. Priori ſpecie ineſt fideicommiſſum, cuius praeſtatio a morte ſuperſtitis coniugis pendet, et ex die relictum cenſetur, quod in fideicommiſſis vniuerſalibus optinere poteſt, cum non metuendum ſit, quod ſecus in directa heredis inſtitutione, ne pro parte teſtatus et inteſtatus teſta-

tor

tor deceſſiſſe videatur. In poſteriori ſpecie latet fideicommiſſum, ſi quid ſuperfuerit, et conſtat ſaltem quartam partem hereditatis a marito acceptae fideicommiſſario relinquendam eſſe, et in tantum haec formula teſtandi reſtringit diſponendi libertatem, at non de ſuis, ſed de defuncti coniugis bonis.

## §. V.

Eſt praeterea alia reciproci inter coniuges teſtamenti forma, quae ex ſolis moribus Germanorum diiudicari debet, vt videtur BERLICHIO *Deciſ. XCII. n. 12.* ſcilicet, cum inter maiores noſtros nunquam prohibitum fuerit, de vltima ſucceſſione paciſci, quod varia inter populares noſtros conſueta adhuc teſtantur pacta, e. g. vnionis prolium, confraternitatis, et alia; ita licuit quoque coniugibus, vt inter ſe de ſucceſſione vltima in pactis nuptialibus diſponerent atque firmiter ſtatuerent. Horum vero pactorum ratio non permittebat, vt ſimpliciter ab iis ſine iuſta aliqua probataque recedere poſſent cauſa. Dedit vero recepto poſtea Iure Romano hic paciſcendi antiquus mos ſeruatus occaſionem diſtinctioni illi diutiſſime obſeruatae, quae vere omni ſana ratione deſtituta: in pacta nuptialia in *vim contractus* et ea *quae in vim vltimae voluntatis* fiunt. Recepere patria Iura

hanc

hanc diſtinctionem lege publica ſcil. CONST. 43. *P. II.* Quamuis vero non negem quod ICtorum illorum temporum, quorum conſilio lex lata, ignorantiae in hoc themate maxime ea tribuenda ſit recepta diſtinctio; tamen an iam lege lata priuata autoritate poſſit in rebus iudicatis ſine noua lege abrogatoria ea negligi, iam non decido.

## §. VI.

Redeo itaque ad rem. Pacti ſunt maiores de ſucceſſione. Receptis teſtamentis factum eſt, vt ſaepius coniuges pactis nuptialibus formam et rationem teſtamentariam imponerent, vel quod magis eſt, pactis teſtamenta ſubſtituerent, ſicque reciproca inſtitutione conficerent. Hinc contingit, vt eiusmodi inter coniuges reciproca teſtamenta vnis tabulis et quaſi vna teſtatione contineantur, maxime ſi publica fiant, id eſt, in iudicio deponantur et confirmentur. De his ſine dubio loquitur BOEHMERVS in *Introd. in Ius Digeſtor. L. XXVIII. Tit. III. §. 10.* qui adſerit *Teſtamenta coniugum reciproca difficilius ab altero inuito altero reuocari* ob pactum tacitum, *quod in his latere videtur, de illo non reuocando* aſſentientesque adducit SCHILTERVM *Exercit. XXIX. §. 54. ſqq.* et STRYCKIVM *de teſtament. coniug. reciproc. §. 74. ſqq.* Videntur itaque haec teſtamenta reciproca vno

textu

textu confecta perfectum ius ſuccedendi tribuere ipſis inuicem coniugibus, et quamuis alias teſtantium voluntas ambulatoria ſit ad extremum vitae punctum, tamen haec teſtamenta naturam pactorum magis induunt, quod vel pactis ſubſtituuntur, vel ex antecedenti inter coniuges de reciproca hereditate relinquenda pacto facta ſunt. Iam argumentum, quid in his teſtamentis amplius obſeruandum, quae ſolennitates, quae alia, ne vel nulla, vel iniuſta, vel rupta, vel reſciſſa fiant, non tracto, vix caperet libelli breuitas. Haec vel nota, vel facile apud alios euolui poſſunt. Quaero magis, an vno coniugum mortuo, cui alter ex teſtamento reciproco ſuccedit, ipſa ſuperſtes pars ſimul vlteriorem teſtandi licentiam, aut de ſuis rebus diſponendi facultatem amiſerit? Haec diſtinctius examinanda.

## §. VII.

Etſi quidem ſupra monitum ſit, coniuges, ſemel facto reciproco teſtamento, non facile ab eo iterum recedere poſſe, tamen hanc vim tantum habere videtur haec regula, ne ſcilicet, quod ſibi inuicem coniuges ſuccedendi ius dederant, denuo amittant. Haec vero ad noſtram haud referri poſſunt quaeſtionem. Fac enim, Titium mortuum eſſe, ſucceſſorem Caiam coniugem ex teſtamento reciproco

relinquentem; quaero, quae iam amplius vis ſit teſtamenti reciproci, quod ex altera hereditate mortuo marito Titio iam deſtitutum fuerat. Absque dubio, quam ſuam fecerat adeundo hereditatem Caia ex reciproco teſtamento ad ſuos inteſtatos heredes mortua aliquando transmittet, nulla diſtinctione obſeruata, an propria olim bona, an ex hereditate mariti acquiſita fuerint, niſi forſan ſtatutarium ius ſingulare quid ſtatuat. Quae cum ita ſint, cum coniux ſuperſtes de iure omnem ſuam hereditatem tunc ad inteſtatos heredes transmittat mortua; dubium non erit, quin teſtamento confecto inteſtatis heredibus ius ſuccedendi adimere et in teſtatum heredem aliquem conferre poſſit. Concludo amplius, poſſe etiam inter viuos valide pactionibus de his diſponere bonis. Inde ſuperſtiti coniugi negari non poterit, ſi cum ſecundo marito, cui dein nubit, pacta dotalia conficiat; Nihil enim amplius valebit reciprocum cum primo marito confectum teſtamentum, quod effectum obtinuit mortuo marito, cum ex ea coniux ſuperſtes ſuccederet.

## §. VIII.

Diximus de eo themate, quo inuicem coniuges ſeſe heredes inſtituerant. At quid? ſi praeterea vtrique ſibi in euentum, ſi ſuperſtes pars fuerit, heredem poſuerint. Fac

mari-

maritum Titium reciproco teſtamento vxorem Caiam, Caiam vero Titium heredem ſcribere, Titius vero in caſum ſi ſuperuixerit coniugem, in euentum Sempronium, Caia autem in eundem euentum Seiam heredem inſtituere. An haec ſubſtitutio vel euentualis inſtitutio tollat liberam teſtandi licentiam coniugi ſuperſtiti? nec hoc affirmarem. Eſt enim illa vlterior heredis euentualis inſtitutio conditionalis, ſcil. SI SVPERVIXERO, heres mihi eſto vel Sempronius vel Caia. Quare, ſi Titius prior moriatur, deficit conditio, nec quidquam iuris ex eo teſtamento habere poterit Sempronius. Sed anne Seia impedire poſſit, quominus Caia teſtamentum poſterius faciat? Dubito valde, atque ex ea cauſa. Licet enim reciprocum teſtamentum ob pacti taciti naturam, quam ineſſe dicunt, non permittat reuocationem teſtamenti inter coniuges inuita altera parte, tamen exinde nihil iuris tribui poteſt ei, quem heredem ſcripſerat pariter conditione *ſi ſuperuixero*. Iam quidem ſuperuixit et conditio adimpleta habetur, at vero heres ex teſtamento nunquam prius ius nanciſcitur, quam ſi in ea voluntate perſiſtat. Quapropter cum ei heredi ſuperſtiti adhuc nullum ius competat, ſequitur, vt, velut in aliis teſtamentis confectis, teſtatori, quae hic eſt ſuperſtes pars, ad extremum vitae halitum liberrimum maneat ius vel inter viuos, vel vltima voluntate, de ſuis teſtandi diſponendique bonis.

§. IX.

At tandem, ſi coniuges vtrique in reciproco ſuo teſtamento in euentum eandem perſonam heredem poſuerint, an tunc teſtandi diſponendique ius ademtum ſuperſtiti parti? quaeritur. Cauſam tractauimus, cum ſuperſtiti coniugi a conſiliis eſſemus in conficiendis pactis nuptialibus, quam deciſam dedit *Illuſtr. Ienenſ. ICtorum Ordo*, ad noſtram ſententiam. Thema ipſum recenſebimus. Sempronius cum Coniuge, qui in improli vixerant matrimonio, reciproco teſtamento inuicem ſeſe heredes ſcripſerant, atque vtrique eandem ſibi, in caſum ſi ſuperuixerint, perſonam heredem ſcripſerant, his verbis: Fünfftens ſoll nach unſer beyderſeitiger Ableben, es ſterbe ich Sempronius vor meinem Eheweibe, oder ich Caia vor meinem Ehemanne das ſämmtliche zurückbleibende Vermögen an männlichen und weiblichen Sachen, an beweg- und unbeweglichen Güthern, nichts ausgenommen, Seia Vniuerſal-Erbin erhalten und derſelben alles und jedes hiermit legiret und geeignet ſeyn, daß ſelbige nach unſerer beyder Ableben als inſtituirte Teſtaments-Erbin des ſämmtlichen Rücklaſſes ſich anmaaße, und damit als ihren wohl erlangten Eigenthum ſchalten und walten möge. Mortuo Sempronio marito, vidua Caia heres ſuccedit. Tempore interiecto nanciſcitur iterum nubendi conditionem, et viro quidem non inopi, qui tamen cum ipſe quoque improles ſit

hanc

hanc Caiam ducturus vel alio reciproco teſtamento vel pactis nuptialibus, vt de vtriusque bonis in euentum mortis diſponatur, deſiderat Seia, ex teſtamento prioris mariti reciproco ab vtroque et Titio et Caio inſtituta, negat, Caiam, ob ſibi competentia iura, vel teſtari, vel valide pactum inire poſſe. Conſulti, annon id Caiae liceat, an vero Seiae prohibitioni ſtandum ſit, ICti Ienenſ. ſuperiori menſe ita reſponderunt: Ob nun wohl in dem zwiſchen Sempronio und deſſen Ehegattin der Caia errichteten reciprocirlichen Teſtament ausdrücklich verordnet: daß nach beyderſeits Eheleuten Ableben das ſämmtliche zurückbleibende Vermögen an männlichen und weiblichen Sachen, an beweg- und unbeweglichen Güthern, nichts ausgeſchloſſen, Fr. Seia als Vniuerſal-Erbin erhalten, und derſelben alles und jedes legiret und zugeeignet ſeyn ſolle; und dann nach Ableben Sempronii deſſen überlebende Ehefrau Caia die Erbſchaft, Kraft des vorbeſagten Teſtaments angetreten, auch mittelſt dieſer Erbſchafts-Antretung zu Feſthaltung alles deſſen, was ihr Ehemann in den reciprocirlichen Teſtament geordnet, ſich verbindlich gemacht hat: Eſt enim aditio hereditatis quaſi contractus obligans ad voluntatem defundi adimplendam L. 5. §. 2. π. de oblig. et Act. §. 5. I. de Oblig. quae quaſi ex contract. folglich Caia nach den Willen des Teſtirers das ſämmtliche zurückbleibende Vermögen, an mann- und weiblichen Sachen, an beweg- und

unbeweglichen Güthern nichts ausgeſchloſſen, der Seiae als Vniuerſal-Erbin zu verlaſſen gehalten ſeyn dürfte, ſind dargegen der Einwand, als ob dergleichen zwiſchen zweyen Eheleuten errichtetes reciprocirliches Teſtament ein doppeltes Teſtament ſey, und wenigſtens die überlebende Ehegattin, ſo viel ihr Vermögen betrifft, ihr eignes Teſtament nach der Natur einer letzten Willens Verordnung, eigenen Gefallens widerrufen und abändern könne, von keiner Erheblichkeit iſt, maaſen wann gleich die Caia, ehe ſie ihres Mannes Erbſchafft angetreten, von den Teſtamento reciproco abgehen können, dennoch durch die Erbſchaffts-Antretung die Sache eine andere Geſtalt erhalten, in dem einen Teſtirer die Freyheit zuſtehet, auch über des Erben eigenes Vermögen zu diſponiren, dergeſtallt, daß der Erbe des Teſtirers letzte Willens-Verordnung in Anſehung ſeines eigenthümlichen Guthes zu erfüllen gehalten iſt, §. 4. I. de Legat. L. 67. §. 8. de leg. II. L. 15. C. de fideicom. Dahero der Caiae, da ſie als Erbin als ihres verſtorbenen Ehemannes, deſſen Teſtament erfüllen muß, ein Befugniß über ihr eigenthümlich Guth zu diſponiren, und ſolches ganz oder zum Theil mittelſt eines Teſtaments oder ſonſt an ihren zweyten Ehegatten zu überlaſſen keinesweges zuſtehen möchte, dieſemnach, daß der Caiae nicht frey ſtehe, bey ihrer anderweitigen Verehlichung mit ihrem Ehemanne Eheverträge zu errichten, und in ſelbigen ihr ſämmtlich Vermögen oder

 einen

einen Theil deſſelben zu ſchenken oder auch zu vermachen, vielmehr Seia mit Grund Rechtens ſich dargegen ſetzen könne, es das Anſehen erhält: Dennoch aber und dieweil nach Maasgabe des angezogenen §. 5. die Seia ein mehreres nicht, als das nach Abſterben beyderſeits Eheleute Sempronii und Caiae zurückbleibende ſämmtliche Vermögen an mann- und weiblichen Sachen, an beweg- und unbeweglichen Güthern als Vniuerſal-Erbin erhalten ſoll, und alſo ſelbige ein mehreres, als was die Caia an männ- und weiblichen Vermögen verlaſſen wird, nicht erlangen mag, dahero der Caiae durch das erwähnte Teſtament das Befugniß ſowohl über ihr eignes, als über das von ihren Mann ererbte Vermögen bey ihrem Lebzeiten zu diſponiren, und einen Theil deſſelben durch einen Ehevertrag ihrem zweyten Ehemanne zuzuwenden keinesweges benommen iſt, in mehrern Betracht Caia als Haupt-Erbin, und Seia als eine fideicommiſs-Erbin alles deſſen, was nach Ableben der Caiae zurück bleiben wird, anzuſehen iſt, in dieſen Fall aber die Rechte dem Haupt-Erben über 3 Viertel der Erbſchaft nach Belieben zu diſponiren die Freyheit geſtatten, und demſelben blos in Anſehung des 4 Theils dahin, daß außer dem Nothfall ſolchen den fideicommiſs-Erben nicht ſchmälere verbunden wiſſen wollen. Nou. 108. cap. 1. Auth. contra cum rogat. C. ad SCtum Trebell. Dahero wenn gleich Caia durch Antretung ihres Mannes Erbſchaft ſich deſſen letzten Willen unterwerfen, und

das-

daſjenige, was in ſolchen zum Behuf der Seiae diſponirt, zur Erfüllung zu bringen gehalten iſt, dennoch ſelbige über $\frac{3}{4}$ ihres eignen und ihres von ihrem Mann ererbten Vermögens zu diſponiren, und dieſe ganz oder zum Theil ihrem zweyten Ehemann mittelſt zu errichtender Eheverträge zuzuwenden, nach Innhalt obangeführter Geſetze berechtiget ſeyn würde, und dieſes um ſo mehr, als ſelbige blos zum Behuf der vorhabenden zweyten Verehlichung über das ihrige Eheverträge errichten will, in welchem Fall die oben angeführten Geſetze ſchlechterdings geſtatten von den Fideicommiſs-Güthern dem Ehemann etwas zuzuwenden: So ſind wir der rechtlichen Meynung, daß der Caiae frey ſtehe, bey ihrer anderweitigen Verehlichung mit ihrem andern Ehemann Eheverträge zu errichten, und ihm in ſelbigen zwar nicht das ſämmtliche Vermögen, wohl aber drey Viertheil ihres eigenen und ihres Mannes Vermögen theils ſchenken, theils zu vermachen, und Seia mit einigen Grund Rechtens darwieder, und wieder die von der Obrigkeit zu S. zu erlangende Confirmation etwas einzuwenden nicht vermöge. V. R. W.

T A N T V M.

Leipzig, Diss. 1766 A-G

ULB Halle 3
005 360 536

TA-OC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0023-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0024-5

1766, 24
No. 53.

SPECIMEN

CONTINENS

# CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

AN

# TESTAMENTVM CONIVGVM RECIPROCVM SVPERSTITI ADIMAT LIBERAM TESTANDI FACVLTATEM

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE X. SEPTEMBR. ANNO CIƆIƆCCLXVI.

DEFENDET

CHRISTIANVS AVGVSTVS GOTTHELFF
ROITZSCH

HAYN. MISNIC.

LIPSIAE
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-748866-p0025-1